coguntur aliquid agere: per quod tamen ad bonum ut
ad malum perueniant finem. Gubernaculo
quoque huiusmodi naues circumferuntur ubi
impetus dirigentis uoluerit. ipsa cordis
intentio qua electi transgressis huius
saeculi fluctibus felicem patriae caelestis portum
adtingunt. Ita et lingua modicum quidem
membrum est sed magna exaltat. Magna utique
premia exaltat si eam impetus animi dirigentis
bene gubernarit. iuxta illud salomonis.
quia intellegens gubernacula possidebit.
Uitam ergo exaltat si bene docet ecclesiam:
mortem e contra si praue. Ecce quantus
ignis quam magnam siluam incendit. Quantum
dicitur quam modicus. Denique et quidam codices
sic habent. Ecce modicus ignis. Sicut enim